

sean los buenos ejemplos, inclina sus ánimos á la virtud.

Los verbos que en el lenguaje directo se hallan expresados en el modo indicativo, pasan al subjuntivo en el lenguaje indirecto, subordinados todos ellos á la primera proposición construída en infinitivo y con el acusativo como sujeto. Así, en el *lenguaje indirecto* se enunciará dicho pensamiento en la forma siguiente: *Seneca testatur non eum solum reipublicae prodesse qui tueatur reos, et de pace belloque censeat; sed qui iuventutem exhortetur, qui in tanta bonorum praeceptorum inopia, virtute instruat animos.*

LIBRO III

PROSODIA

PRAELECTIO

1. PROSODIA a graecis vocibus πρὸς (*ad*) et φῶνι (*cantus*), originem traxit, ideoque quid unum et idem quod *accentus* olim fuit, ut ex priscorum scriptis satis compertum habemus. Nunc autem isto nomine intelligitur *ars quaedam syllabarum quantitatem et verborum accentum docens.*

2. *Quantitatem* vero appellamus temporis spatium quo syllaba proffertur et est modo simplex, et tum *brevis* aut *correpta*, modo duplex, et tum *longa* seu *producta* syllaba dicitur. *Anceps* sive *communis* eademum syllaba est, quae in versu ad nutum tamquam brevis aut longa ab expectatae doctrinae poëtis assumitur.

3. *Accentus* (ab *accinendo* dictus quod sit quasi quidam syllabae cantus), a quibusdam *vocum anima* vel *moderamen* appellatur; est namque, si loquela spectetur, ratio syllabam elevandi aut deprimendi, ejusdem enim potestate syllaba vel attollitur vel deiicitur, vel partim attollitur partimque deiicitur.

4. *Syllaba* est *vox unius integri soni*, et una vel pluribus litteris in scripto figuratur.

5. Litterae tres et viginti sunt: *A, Be, Ce, De, E,*

eF, Ge, Ha, I, Kappa, eL, eM, eN, O, Pe, Qu, eR, eS, Te, U, iX, Ypsilon, Zeta.—Quae in *vocales* et *consonantes* dividuntur. Vocales (quasi *per se vocales*) sunt sex: *a, e, i, o, u, y*.

Ceterae appellantur *consonantes* (id est, *cum aliis sonantes*). E quibus, aliae sine vocalium adiumento pronuntiari nequeunt, et ideo *mutae* dicuntur, scilicet, *b, c, d, g, k, p, q, t* (et *f* ante *l, r*), et aliae *semi-vocales*, quod per se, quamvis non aperte ut vocales, obscuro tamen ipsae sonant, nimirum, *f, l, m, n, r, s, x, z*.

Ex his, quatuor, mutis percussae *liquidae* fiunt (id est, quasi *dissolvuntur* quod vim et robur amittunt), videlicet: *l, m, n, r*. E quibus, *m* et *n* non nisi in graecis dictionibus liquescunt, ut *Tecmessa, cygnus*.

U quoque post *q* litteram semper liquescit, id est, quantitatem amittit.—Quod etiam accidit in prima verbi persona et in primo adiectivi casu incipiente a *sua* vel *sue*, ut *suaavis, suesco*; necnon *g* antecedente vocalique subsequente, dummodo non sit altera *u*. Ex. gr.: *Lingua, sanguis*.

Vocales *i, u*, plerumque in consonantium dictione transeunt, cum aut ipsae inter se copulantur ut *iuventum, vinum*; aut cum vocalibus iunguntur ut *iecur, ianua, iocus, vanitas, veritas, volatus*.

Litterae *x, z* (et *i* inter duas vocales posita), duplices sunt, id est, duarum consonantium potestatem obtinent.

Num *H* littera sit, an adspirationis tantum nota, controversum est.

6. Syllaba ex duabus vocalibus facta, *diphthongus* vocatur.

Sex olim diphthongi fuere: *ai, oi, ei, au, ou, eu*; sed nunc tres supersunt: *ae* pro *ai*, *oe* pro *oi*, et *au*; ut *praetor* (olim *praitor*), *moenia* (olim *moinia*), et *laurus*.

Ei diphthongus est solum in *hei*; *ui* in *huic* (et *cui* aliquando); *eu* in propriis ut *Leucetius*, in *heu, heus, neu, seu, ceu, neuter, neutiquam, neutique* et in multis graecis vocabulis, ut *Eurotas*.

PARS PRIMA

DE QUANTITATE

CODEX PRAECEPTORUM

I

Vocalem breviant alia subeunte Latini.
 Produc, ni sequitur *r, sio* et nomina quintae,
 Quae geminos casus *e* longo assumit in *ei*;
 Verum *e* corripunt *fideique, speique, reique*.
Ius commune est vati: *producito alius*;
Alterius brevia. *Pompei* et talia pro *luc*.
Eheu produces semper, variabitur *ohe*.

II

Nomina graecorum certa sine lege vagantur:
 Quaedam etenim brevibus, veluti *symphonia*, gaudent
 At quaedam longis, ceu *dia, chorea, Thalia,*
Darius, Cytherea, aer, elegia, platea,
 Atque alia. At *choream* breviant *plateamque* poeta.
 Solvit et in geminas, veluti *Cythereia*, longam.

III

Omnis diphthongus, contractaque sillaba longa;
Prae rape praepositam vocali, dicque *praeustus*.

IV

Vocalis longa est, si consona bina sequatur
 Aut duplex, aut *i* vocalibus interiectum.
Quadriugus rapitur, *biugus* coniungitur illi.

V

Contrahi orator. variant in carmine vates,
 Si mutam liquidamque simul brevis una praebit:
 At mutam et liquidam quoties ab origine longa
 Praecedat, producta manet ceu *matris, aratrum*.
 Utraque vocalem si consona iuncta sequentem
 Non ferit, anteiens brevis est, velut *obruo*, nunquam.

VI

Praeterita assumunt primam dissyllaba longam:
Sto, do, scindo, fero, rapiunt *bibo, findo*, priores.
Abscidit, abscondit, modulatur utrumque poëta.

VII

Praeteritum geminans primam breviabit utramque,
Ut pario *peperi*: vetet id nisi consona bina.

VIII

Cuncta supina volunt primam dissyllaba longam:
At *reor* et *cicco*, *sero* et *ire*, *sinoque linoque*,
Do, quoco, et orta *ruo*, breviabunt rite priores.

IX

Utum atumque trahunt polysyllaba cuncta supina.
De *vi* praeterito semper producitur *itum*.
Cetera corripies in *itum* quaecumque supina.

X

Derivata patris naturam verba sequuntur.
Mobilis et *fomes*, *laterna* ac *regula*, *sedes*,
Quamquam orta e brevibus, gaudent producere primam.
Corripiuntur *arista, vacuum, sapor*, atque *lucerna*,
Nata licet longis: usus te plura docebit.

XI

Legem simplicium retinent composita suorum,
Vocalem licet aut diphthongum syllaba mutet.
Deiero sed *iuuro* dat *peieroque; innuba, nubo*,
Pronubaque; atque *hilum, nihilum*; dat *semisopitus*
Sopio; fatidicus fratresque a *dico* creantur.
Participale *ambitum* ad *itum* inter longa reponet.

XII

Longa *a, de, e, se, di*, praeter *dirimo* atque *disertus*.
Sit *re* breve; at *refert*, a *res*, productio semper.
Corripe *pro* graecum, produces rite latinum.
Contrahe quae *fundus, fugio, neptisque neposque*,
Et *festus, fari, fateor, fanumque* creantur.
Hisce *perfecto* addes, pariterque *procella, protervus*,

Atque *propago* genus; *propago* protrahe vitis.
Corripe *ab* et reliquas, obstet nisi consona bina;
Quae sunt *ad* vel *in, ob, per, sub, super, antequae, circum*.

XIII

Produc *a* semper compositi parte priore:
At simul *e*, simul *i*, crebo breviare memento,
Nequidquam produc, *nequando, venefica, nequam*,
Nequaquam, nequis sociosque, *videlicet* addes.
Idem masculineum produc et *siguis, ibidem*,
Scilicet et *bigae, tibicen, ubique, quadrigae*,
Bimus, tantidem, quidam, et composita *dici*.
Compositi *o* breviant graeci: *Samothracia* testis;
Sed *Minotaurus* pariterque *geometra* longum est.
O latium variat, producere namque *alioquin*,
Et *quandoque*; at *quandoquidem* breviare solemus.

XIV

Cum rectum superat genitivus syllaba in una,
Tunc ea, quae fuerit patrii penultima casus,
Crementum primum est: numerus quod et unus et alter
Respicit, atque gradu mensuram amplectitur aequo.
Est plurale incrementum penultima casus,
Qui patrium superat primum, rectumque secundum.

XV

Casibus obliquis vix crescit prima: secunda
Corripit incrementa; tamen producit *Iberi*.

XVI

Nomen in *a* crescens, quod flectit tertia, longum.
Mascula corripies *al* et *ar* finita; simulque
Par cum compositis, *herpa* cum *baccare, nectar*,
Cum *vade, mas* et *amas*, quae iunge *iaremque iubarque*.
A quoque et *as* graecum breve postulat incrementum
S quoque finitum, si consona ponitur ante;
Et *dropax, anthrax, Atrax* cum *smilace, elima*.
His *Atacem, panacem, colacem, styracemque facemque*,
Atque *abacem, coracem, philacem* compositaque *necte*.

XVII

E crescens numero breviabit tertia primo:
Verum protrahitur genitivus in *entis, Iberque*,
Ver, halea, locuples, haeres, mercesque, quiesque,
Lex, vervea, halec, seps, plebs, rex: insuper adde
El peregrinum: *er* et *es* graecum, *aethere* et *aere* demptis.

XVIII

Corripiet pariter crescens *i* tertia primo
 In numero: at graecum patrium producit in *inis*,
Gryps, vibex, Nesis, lis, Dis, glis, addito *Simnis*.
Ia produc: breviato *histris* cum *fornice, varis,*
*Coendix, choenix*que *Cilia, natrix*que *calix*que;
 Adde et *Eryx* et *onyx, nix, pic*que *salix*que *filix*que,
Sardonichis, calycis, lareis: sit *Behrycis* anceps,
 Sed brevibus iunges, in *gis* cum patrius exit.
Mastix, mastigis; coccyx, coceygis amabit.

XIX

O crescens numero producimus usque priore.
O parvum in graecis brevia, producto magnum.
 Corripitur genitivus *oris*, quem neutra dedere:
Os, oris, medique *gralus* sed protrahe casus,
 Ut *melius*. Brevibus dantur *memor, immemor, arbor*.
 Et *lepus* et *πός*: compositum, *bos, compos*, et *impos*:
 Ad le his *Cappadocem, Allobregem*, cum *praecoco, scrobs, ops*:
 Verum produces *Cercops, hydrops*que, *Cyclops*que.

XX

U brevia incrementa feret, sed casus in *udis*,
Uris et *utis*, ab *us* recto producit, et *fur*,
Lux, frux; sed bravis *intercus*que *pecus*que *Ligus*que.

XXI

Pluralis casus, si crescit, protrahet *a, e*,
 Atque *o*; corripies *i, u*; verum excipe *bubus*.

XXII

Personam primi praesentis verba secundam
 Si numero vincunt, dicas *crementa* tenere:
Crementum, verbi primum die, quod posituram
 Aequat: bis superans dicatur habere secundum:
 Quod si ter vincit, tria tunc *crementa* notabis.
 Nam pro *incremento* numeranda est ultima nunquam.
 Activa cum verba carent, fingemus eandem.

XXIII

A crescens produc: *do* incremento excipe primo.

XXIV

E quoque producant verba increscentia. Verum
 Corripiunt *e* ante *r*, ternae duo tempora prima:
 Sed *reris* vel *rere* datur penultima longis.
 Sit brevis *e*, quando *ram, rim, ro*, adiuncta sequuntur;
 Et *beris* atque *bere* in verbis breviato futuris,
 Corripit interdum *steterunt, dederunt*que poeta.

XXV

Corripit *i* crescens verbum: producitur *ivi*
 Praeteritum; sed *inus* breviatur. Deme *relimus*,
Nolimus, simus, quaeque hinc composita dabuntur,
 Et quodvis quartae incrementum *i* protrahe primum.
Ri coniunctivi possunt variare poetae.

XXVI

O incrementum produc; *u* corripie semper.
 Cuncta sed *u* longum reddent tibi verba futuri.

XXVII

A finita dato longis: *ita* corripie semper,
Eia, quia, et casus omnes, sed protrahe sextum,
 Productis graecos casus adiunge vocandi.

XXVIII

Corripie *e*; sed primae quinaeque vocabula produc,
 Atque *fame, cete, tempe, ferme*que, *ferre*que:
 Adde *doce* similemque modum et monosyllaba, praeter
 Encliticas ac syllabicas. *Bene* cum *male* demptis,
 Cetera produces adverbia cuncta secundae.

XXIX

I produc: brevia *nisi* cum *quasi*, graecaque iunge.
 Iure *mih*i variare, *tibi*que *sibi*que solemus.
 Corripies *ibi, ubi*, minus, dissyllabon et *evi*.

XXX

O datur ambiguis: graeca et monosyllaba longis,
Ergo, vero, immo, ternus sextusque secundae,
 Atque *adeo*, atque *ideo*, atque adverbia nomine nata.
 Dant brevibus *modo* cum sociis, *ego* et *octo*, poetae.

XXXI

U semper produce: *b, d, t*, corripe semper.

XXXII

C longum est: varium *hic* pronomen: corripe *donec*
Et *nec*: *fac* pariter malunt breviate poëtae.

XXXIII

Corripe *l*; at produc *sal, sol, nil*, multaque hebraea.

XXXIV

M vorat ecthlipsis,—prisci breviate solebant.

XXXV

N longum est graecis pariter pariterque latinis,
En brevia quod format *inis* breve: graeca secundae,
Iungimus et quartum, si sit brevis ultima recti.
Forsitan, in, forsam, tamen, an, viden', adice curtis.

XXXVI

R breve: sed longum est *far, par* cum pignore *ver, Nar,*
Cur, fur, cum graecis quibus est genitivus in *eris*;
Addito *Iber*; sed *cor* melius breve, *Celtiber* anceps.

XXXVII

As produc: breve *anas*; graecorum tertia quartum
Corripit, et rectum per *adis* si patrius exit.

XXXVIII

Es quoque produces: breviat sed tertia rectum,
Cum patrii brevis est crescens penultima: *pes* hinc
Excipitur, *paries, aries, abiesque Ceresque*.
Corripe et *es* de *sum*, et *penes*, et pluralia graeca.

XXXIX

Corripias *is* et *ys*: plurales excipe casus;
Glis, sis, vis, verbum ac nomen, *nolisque velisque*;
Audis cum sociis; quorum et genitivus in *inis*,
Entisve, aut *itis* longum, producito semper.

XL

Vult *os* produci: *compos* breviatur et *impos*,
Osque, ossis; graecorum et neutra, et cuncta secundae
Addicta ausonidum, graecus genitivus et omnis.

XLI

Us breve ponatur: produc monosyllaba, quaeque
Casibus increscunt longis, et nomina quartae,
Excepto recto et quinto, et quibus exit in *untis*
Patrius, et conflata e *πός*; contractaque graeca
In recto ac patrio, et venerandum nomen IESUS.

XLII

Et diphthongus et vocalis longa communes fiunt, cum vocalem
diversae dictionis praecedunt.

XLIII

Monosyllaba brevia interdum a poëtis more graecorum produ-
cuntur.

XLIV

Syllaba brevis, post quatuor primos pedes, praesertim secundum
et tertium relicta, nonnunquam a poëtis producitur, quam gram-
matici caesuram vocant.

XLV

Ultima versus syllaba communis est, siquidem brevis pro longa
aut longa pro brevi ponitur.

XLVI

Vocalis suapte natura brevis ante mutam et liquidam eiusdem
dictionis, communis est in carmine, quamvis in soluta oratione
semper corripatur, ut *Atlas, volucris, Cleopatra, Patroclus, lugu-
bris, funebris, celebris*. Quae vero natura sua longa est, nunquam
corripitur, ut antea diximus.

XLVII

Uimur *exemplo*, cum regula deficit omnis;
Est tamen electi carmine vatis opus.
Si exemplo careas, exempla simillima quaere,
Sed caute *analogi* sit tibi norma soni.